

dierum narrationis Mosaicae decursu, modo sumantur, ut fas est, pro periodis durationis indeterminatae; sive tandem ab initio mundi usque ad tempus praesens.

47. Quantum vero temporis requiratur ad fossillum efformationem, non est quod certo judicemus ex iis factis quae hodie observantur. Nunc enim circumstantiae penitus diversae sunt, et ordo naturae in eo consistit, ut in circumstantiis iisdem, iidem prodeant effectus. Ergo ubi haec circumstantiae alterius omnino rationis sunt, non indubitanter novimus quid, juxta ordinem naturae, accidere debuit.

48. 2<sup>o</sup> Pariter ad efformandum hoc stratorum genus (gallice *tourbières*) quod in certis locis exuvias humanas continere dicitur, non liquet tantam requiri seculorum seriem, quantam volunt Bibliorum impugnatores. Plures scientiarum periti, attentius praefata strata observando, invenerunt multo brevioris temporis lapsam, in quibusdam regionibus ac circumstantiis, et illa constituenda sufficere.

Quinimo, non pauci archeologi judicaverunt reliquias et fragmenta memorata temporibus Romanorum esse adscribenda. Nec satis: hominis, ut dicunt, *tertiarii* existentia, jam tanquam valde dubia apud multos rationalistas habetur. (Vide *Discours au congrès des anthropologistes à Munich*, Sept. 1877).

49. Ad 9. Chronologia biblica determinatur ex serie Patriarcharum, quorum in Genesi, ante et post diluvium, generationes describuntur. Textus autem haebraicus a textu Septuaginta interpretum notabiliter differt, ita ut, ad computandos annos ante aeram vulgarem elapsos, adsit latitudo mille trecentorum annorum ad minus. Major etiam concedi potest; quia

haud repugnat in serie generationum plures fuisse praetermissas,

50. Chronologiae autem biblicae sic intellectae, im merito objicerentur Chaldaeorum, Assyriorum, aut Egyptiorum documenta. Omnibus, siquidem, comper tum est, illas gentes nimium fuisse propensas ad sibi incredibilem antiquitatem vindicandam, earumque annales innumeris absurdisque fictionibus scatere. Certe aequitas vetat ne his magis confidamus ac Bibliorum Libris, ubi apparet contradictio: « Dolen dum enim, ait Leo XIII (Encycl. citata), multos « esse qui antiquitatis monumenta, gentium mores et « instituta, similiaque rerum testimonia, magnis ii « quidem laboribus perscrutentur et proferant; sed « eo saepius consilio, ut erroris labes in sacris Libris « deprehendant, ex quo illorum auctoritas usque- « quaque infirmetur et nutet. Idque nonnulli et nimis « infesto animo faciunt, nec satis aequo iudicio; qui « sic fidunt profanis libris et documentis memoriae « priscae, perinde ut nulla eis ne suspicio quidem « erroris possit subesse; libris vero Scripturae sacrae, « ex opinata tantum erroris specie, neque ea probe « discussa, vel parem abnuunt fidem. »

51. Confitemur, insuper, dari quaedam apud Egyptum monumenta, quae miro artificio commendantur; sed illegitime concluditur nimia hujus gentis antiquitas. Id opinentur qui existimant humanum genus a statu ferali ad politos mores successive et lento per venisse gradu. At Catholici tenent, e contra, praestantiorem fuisse primaevorum hominum conditionem, et vitam maxime longaevam; et ideo non mirantur si opera perficere potuerint exquisita.

Denique, experientia constat, paucos viros, splendidiore ornatos ingenio, prorsus sufficere ad celerem et extraordinariam artium evolutionem.

52. *Ad 10.* Allegata similitudo inter quasdam Bibliorum narrationes et traditiones populorum veterum, id unum probat, nempe : has et illas ab eodem fonte derivari, et ab auctoribus sacris editas esse, postquam illas multis deturpatas erroribus, ad veritatis normam, Deo inspirante, reduxerint.

Unde sapientissime D. d'Hulst (*la Question biblique*, p. 45.) objurgat Catholicos qui hanc similitudinem objiciunt : « Sous prétexte que la tradition primitive, « si elle s'est transmise à tous les peuples, est devenue « méconnaissable, ils raisonnent pratiquement comme « si elle n'avait jamais existé; ils l'écartent systématiquement de leurs hypothèses; dès qu'une analogie « se découvre entre les documents Chaldéens et la « Bible, ils accordent, sans hésiter, que l'emprunt a « été fait de celle-ci à ceux-là, et refusent de remonter à la source commune. Ils font ainsi la part « beaucoup trop belle à l'ennemi; et se privent d'éléments précieux qui, maniés avec discrétion, renforceraient la défense. Ici encore, ce qui manque « aux tenants de la nouvelle école, c'est le sens de la « tradition. Un zèle mal entendu pour la science, « une crainte mal inspirée de passer pour rétrogrades, « les précipitent inutilement vers les excès. »

53. *Ad 11.* Pro textuum allatorum aliorumve similium elucidatione, consulantur Scripturae sacrae interpretes, et apparebit quam immerito opponantur.

1° Filii Dei quibuscum filiae hominum nupserunt ex Gen. (vi, 2.), non sunt daemones, sed viri posteri-

tatis Seth, qui *fili Dei*, ob majorem pietatem, vocabantur; dum filiae posteritatis Cain, propter rationem contrariam, vocarentur *filiae hominum*.

54. 2° Vox haebrea *Nephilim*, quam Vulgata et Septuaginta vertunt *gigantes*, etymologice potius significat *homines irruentes, opprimentes*. At, quamvis sensu communiter accepto sumeretur, nihil sane absurdi involvit. Quid enim repugnat gigantes extitisse? Nulla autem unquam scientifica indagatio huic existentiae contradixit, aut in futurum poterit contradicere.

55. 3° Verum est, in pluribus locis, Scripturam loqui quasi sol circa terram moveretur, sed, ut animadvertit Leo XIII (*Encycl. cit.*): « Vulgari sermone quum eo « primo proprieque efferantur quae cadant sub « sensus, non dissimiliter Scriptor sacer (monuitque « et Doctor angelicus) ea secutus est quae sensibilliter « apparent (l. p. q. 70. art. 1. ad 2.), seu, quae Deus « ipse homines alloquens, ad eorum captum significavit humano more. »

56. Voces quidem inter homines usurpatae in naturae physicae phaenomenis designandis, communi usu impositae sunt ad significandas apparentias potius quam realitatem objectivam, et sane merito. Cum enim realitas, in hoc veritatum ordine, saepius nos lateat, qui rerum causas non statim perspicimus, et quandoque varias, pro scientiarum progressibus temporum decursu, successive assignamus, sermo vulgaris, si deberet causis cognitis vel suppositis accommodari, jam neque certus, neque uniformis, neque stabilis foret. Ex quo factum est ut, quamvis neminem hodie fugiat terram moveri circa solem, et non e contrario,

homines etiam scientissimi, usitatis jampridem communiter utantur formulis, quae ad simplices apparentias referuntur.

57. Eadem ratione, si alicui rei fuerit impositum nomen ex errore profectum, ita ut appellatio falso niteretur supposito, Scriptor sacer, idem usurpando vocabulum, non censetur approbare errorem; usurpat enim nomen in sensu quem ei usus affixit, quidquid sit de ejus origine. Hinc merito observat Vigouroux (*Manuel biblique*, t. 2. n. 16.): « On ne doit pas regarder, par exemple, comme une vérité révélée, que la cigogne est *tendre et pieuse pour ses petits*, parceque l'Ecriture la nomme *Khasidah* (*pullorum amans*; Job. xxxix, 13.) L'auteur sacré a employé le mot usité en Palestine pour désigner la cigogne, sans que Dieu se soit prononcé pour cela sur la vérité de l'étymologie. On ne peut pas dire d'avantage que la stupidité est dans les reins, parceque la langue hébraïque se sert du mot *Kesel* (reins) pour désigner la stupidité, la folie, etc... »

AD MAJOREM DEI GLORIAM ET DEI GENITRICIS HONOREM.

## INDEX

### DE ACTU FIDEI DIVINAE

#### TRACTATUS DOGMATICUS

QUAESTIO PRAEIVIA. — Quae sint praecipuae vocis fidei acceptiones?.....	PAGINAE 1
---	--------------

#### DISSERTATIO PRIMA

##### DE OBJECTO MATERIALI FIDEI DIVINAE.

QUAESTIO I. — Quid certo requiratur ad objectum materiale fidei constituendum?.....	3
QUAESTIO II. — An et quatenus veritas naturaliter evidens possit pertinere ad objectum materiale fidei?.....	4
Dico 1 <sup>o</sup> : Nihil obstat quominus objectum evidenter cognitum, si sit divinitus revelatum, actu fidei divinae etiam ab eodem attingatur... ..	5
Dico 2 <sup>o</sup> : Idem potest esse simul scitum et creditum non solum successive, sed etiam simultanee, saltem per duos distinctos actus.....	9

**Dico 3°** : Veritates evidentia immediata clarissime effulgentes non videntur posse credi actu fidei divinae..... 10

QUAESTIO III. — An et quatenus objectum materiale fidei per Ecclesiae definitionem constituatur?..... 10

**Dico 1°** : Datur fides divino-catholica, cujus objectum est id omne et solum quod Ecclesia definivit de fide credendum..... 11

**Dico 2°** : Datur fides simpliciter divina, qua creduntur veritates revelatae et nondum ut tales definitae. Unde ad objectum materiale fidei, propositio Ecclesiae non est necessaria..... 12

QUAESTIO IV. — Utrum ad objectum materiale fidei requiratur revelatio publica?..... 13

**Dico** : Ad fidem simpliciter divinam non requiritur revelatio publica, sed privata sufficit..... 13

QUAESTIO V. — Utrum ad objectum materiale fidei requiratur revelatio explicita et immediata?..... 14

**Dico** : Revelatio explicita necessaria non est, sed sufficere potest implicita..... 15

QUAESTIO VI. — Utrum ad objectum fidei materiale sufficiat revelatio formalis quamvis implicita?..... 15

**Dico** : Quidquid in revelationis deposito formaliter, quamvis implicite, continetur, ad materiale fidei objectum pertinet..... 17

QUAESTIO VII. — Utrum sit de fide propositio particularis, quae in universali certo revelata continetur?..... 19

**Dico** : Propositio particularis quae certo in universali revelata continetur, est de fide..... 19

QUAESTIO VIII. — Utrum, ad constituendum objectum fidei materiale, revelatio virtualis sufficiat?..... 23

**Dico** : Revelatio virtualis non sufficit ad objectum materiale fidei constituendum..... 23

QUAESTIO IX. — Utrum quidquid definit Ecclesiae censendum sit formaliter revelatum, ac propterea de fide credendum?..... 25

**Dico** : Quod definit Ecclesia tanquam simpliciter verum, non ideo censendum est formaliter revelatum ac de fide tenendum..... 27

QUAESTIO X. — An et quomodo veritates revelatae per certos articulos distinguantur?..... 29

QUAESTIO XI. — An et quatenus aliquod incrementum in objecto materiali fidei divinae sit agnoscendum?..... 31

**Dico 1°** : Objectum materiale fidei non crevit quoad veritates principales, seu, illae ab initio mundi revelatae fuerunt..... 32

**Dico 2°** : Quoad veritates minus principales, objectum fidei, ab Adamo ad usque Christum et Apostolos inclusive, incrementum accepit..... 32

**Dico 3°** : Fidei objectum materiale, a Christi temporibus, non accepit neque accipiet unquam incrementum, nisi improprie et secundum quid..... 33

DISSERTATIO SECUNDA

DE ACTUS FIDEI DIVINAE MOTIVO, SEU, OBJECTO FORMALI.

QUAESTIO I. — Quid per motivum fidei divinae proprie intelligatur?..... 35

QUAESTIO II. — An et quatenus auctoritas Dei revelantis sit motivum fidei divinae?..... 36

**Dico 1°** : Auctoritas Dei loquentis est verum fidei divinae motivum, seu, objectum formale..... 36

**Dico 2°** : Auctoritas Dei revelantis, quae est fidei motivum, reponenda est in hac perfectione, vi cuius Deus nec falli, nec fallere potest, seu, in summa Veracitate.... 37

QUAESTIO III. — Utrum et quatenus actualis Dei revelatio ingrediatur objectum formale fidei?.. 39

**Dico 1°** : Probabilius est actualem Dei revelationem ingredi objectum fidei formale; ita ut illud objectum coalescat, sicut ex rationibus formalibus partialibus, ex attributo Veracitatis, et ex actuali revelatione... 40

**Dico 2°** : Locutio divina pertinens ad objectum formale fidei, complectitur tum activam, tum passivam locutionem..... 43

QUAESTIO IV. — Quomodo objectum formale fidei cognoscatur?..... 44

**Dico 1°** : Antequam fidei divinae actum eliciamus, jam, ex lumine naturali rationis, evidenter cognoscimus Deum existere et esse summe Veracem..... 44

**Dico 2°** : Ad fidei actum, ea requiritur revelationis notitia, quae omnem prudentem errandi formidinem excludat..... 45

**Dico 3°** : Satis est ut proponantur motiva credibilitatis audientium captui accomodata; nec repugnat insufficientem horumce motivorum propositionem, aliquando per internam Dei illuminationem compleri.. 46

**Dico 4°** : Testimonium Ecclesiae est motivum credibilitatis convenientissimum, licet absolute non necessarium, ut rationabiliter credamus..... 47

QUAESTIO V. — Utrum motivum fidei divinae resolvatur ulterius in rationes, quibus naturaliter constat Deum esse credendum, atque locutum fuisse?..... 48

**Dico** : Rationes, quibus naturaliter constat Deum esse Veracem atque de facto revelasse, non possunt esse

motivum in quod ulterius resolvatur assensus fidei divinae..... 48

QUAESTIO VI. — Quomodo ergo, in ipsomet fidei actu, assentiamur ejusdem actus motivo, seu, auctoritati Dei revelantis?..... 50

*Prima sententia*..... 50

*Secunda sententia*..... 51

*Tertia sententia*..... 55

QUAESTIO VII. — Utrum connexio inter auctoritatem Dei revelantis et objectum revelatum, ingrediatur motivum fidei divinae formale et intrinsecum?... 57

**Dico** : Connexio necessaria inter auctoritatem Dei revelantis et veritatem revelatam, seu, inter fidei objectum formale et materiale, non est credendi motivum, nequidem partiale..... 57

DISSERTATIO TERTIA

DE CONDITIONIBUS ACTUS FIDEI DIVINAE.

QUAESTIO I. — Quanam elementa concurrant ad actum fidei divinae perficiendum?..... 59

QUAESTIO II. — Utrum et quomodo, ad perficiendum fidei divinae actum homo supernaturaliter moveatur?..... 60

**Dico 1°** : Actus intellectus assentientis veritati revelatae propter Dei revelantis auctoritatem, est substantialiter supernaturalis..... 60

**Dico 2°** : Pia affectio, seu, voluntas credendi, est entitativa et quoad substantiam supernaturalis..... 61

**Dico 3°** : Judicium credibilitatis practicum, seu, dictamen credenditatis, est quoad substantiam supernaturale..... 62

**Dico 4°** : Judicium credibilitatis speculativum haberi quidem potest naturaliter; at, prout disponit ad fidem formalem et ad voluntatem credendi, est et esse debet supernaturale ..... 63

**Dico 5°** : Necessarium non est, imo nec possibile quod, in ordine ad actum credendi, homo semper procedat ex motivo fide cognito ..... 63

**Dico 6°** : Judicium credibilitatis, pia credulitatis affectio, et ipsemet fidei assensus, sunt actus revera, ratione objecti formalis, supernaturales..... 64

QUAESTIO III. — Utrum actus fidei supernaturalis sit essentialiter verus? ..... 65

**Dico 1°** : Prorsus repugnat quod Deus falsum loquatur. 65

**Dico 2°** : Fides divina supernaturalis non potest ullo modo ferri in revelationem falso existimatam, ac proinde est necessario vera etiam ex parte objecti formalis..... 68

QUAESTIO IV. — Quanta requiratur certitudo ad actum fidei divinae perficiendum?..... 71

I. Considerando certitudinem in ipsomet fidei actu.

**Dico** : Actus fidei divinae gaudet vera certitudine, tum objectiva, tum subjectiva; imo quolibet assensu naturali certior est ..... 72

II. Considerando iudicium credibilitatis.

**Dico** : Ad fidei divinae actum sufficit, in iudicio praevio credibilitatis, certitudo respectiva..... 76

QUAESTIO V. — An et quatenus actui fidei divinae competat obscuritas?..... 80

**Dico 1°** : Assensus fidei divinae, per se et formaliter spectatus, est essentialiter obscurus, sive ex parte objecti materialis, sive ex parte objecti formalis.... 80

**Dico 2°** : Probabilius est assensum fidei divinae essentialiter non excludere, nec evidentiam rei attestatae, nec evidentiam in attestante. .... 81

QUAESTIO VI. — An et quatenus actui fidei divinae competat libertas?..... 83

**Dico 1°** : Actus fidei est liber, non quidem intrinsece, sed denominative ..... 83

**Dico 2°** : Actus fidei est immediate liber, tum quoad exercitium, tum quoad specificationem..... 84

**Dico 3°** : Libertas fidei divinae minus recte explicatur per defectum evidentiae intrinsecae in objecto materiali, aut per obscuritatem objecti formalis inadaequati quod est revelatio..... 86

**Dico 4°** : Recte explicatur actus fidei libertas, ex eo quod ejus objectum formale sit Veritas prima non visa, seu, non apparens..... 88

**Dico 5°** : Fidei actus non est ita liber quod aliquando non possit esse necessarius..... 89

QUAESTIO VII. — Utrum et quomodo assensus fidei divinae sit appreciativus super omnia?... ..... 89

**I<sup>um</sup> dubium** : Utrum fides imperfecta sit vere divina? 90

**II<sup>um</sup> dubium** : Utrum fides imperfecta haereticorum, posito quod sit divina, sit etiam supernaturalis?... 92

QUAESTIO VIII. — An et quomodo fides divina actualis sit ad salutem necessaria?..... 93

**Dico 1°** : Actus fidei divinae est necessarius necessitate medii absoluta; id est : nullus adultus constitutus in statu peccati mortalis, potest sine exercitio fidei divinae pervenire ad salutem..... 96

**Dico 2°** : Fides cujus exercitium ad justificationem requiritur, est fides stricte sumpta et supernaturalis.. 97

**Dico 3°** : Ad justificationem obtinendam, fides explicita in Deum remuneratorem supernaturalem certo requiritur, et probabilius sufficit..... 98

QUAESTIO IX. — In quod ultimo resolvatur actus fidei divinae?..... 100

APPENDIX

AD TRACTATUM DE LOCIS THEOLOGICIS.

	PAGINAE
<b>Utrum auctores hagiographi, conficiendo Libros sacros, falsa scribere potuerint ?</b> .....	102
§ 1. Status quaestionis.....	102
§ 2. Doctrina adversariorum.....	103
§ 3. Rationes allegatae....	105
§ 4. Thesis stabilienda.....	109
<b>Dico</b> : Impossibile est auctores inspiratos, in scribendis libris sacris, falsum dixisse.....	109
§ 5. Difficultatum solutio.....	115

